



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XXVIII. Rossanen. usus aquæ. De divisione usus aquæ fluminis per
tempora & contratas inter possidentes prædia aadjacentia; Et an hic
modus immutari valeat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74102)

2 aquæ majoris , ne illa deflueret in proximam vallem , unde inutilis fieret ei , qui dictum opus construxit , ideoque respiciebat solum dictam alteram aquam , cuius cursus ex dicta circumstantia non negabatur jure servitutis , Vertum hoc non fluebat ad servitatem alterius fontis superioris , cuius aqua naturali cursu fluere consuevit in dictam aquam majorem , eo modo quo flumina parva intrant in magnum , seu omnes fontes intrant in flumen ; Ut enim opus manufactum servitutem proabet seu inducat , justificandum est quod in ipsa mer parva aqua fontis superioris , de qua erat quæstio factum esset , cum in hac materia ex possessione unius aquæ non inferatur ad aliam , neq; de facili detur extensio ex deductis in Carpentoraten . aquarum , in Bonon. disc. 25. & 29. & in alijs hoc tñ. Stant enim bene simul , quod quis sit Dominus fluminis seu fossati inferioris , in quod plures fontium rivuli naturali cursu derivant , & tamen , quod non per hoc ius Dominii vel servitutis habeat in dictis fontibus vel rivulis , utpote diversis , nisi quoties , ageretur de notabilis prejudicio usus publici , quia némpe ita ex deviatione fontium seu rivulorum impedita remanearet navigatio , seu cessaret alter usus publicam concernens utilitatem , atque hanc dicebam in proposita facti specie videri veritatem .

Sed quando etiam ex diversis facti circumstantiis contrarium dicendum esset , adhuc tamen cum haec parva aqua usui dicti vicini se opponentis necessaria non esset , cum altera major exuberaret ; Econuerso autem predicto Damaso satis utilis quinimo necessaria esset , dicebam recte intrare officium judicis pro illius concessione soluto pretio ex deductis per Thesaur. dec. 245. num. 7. & Ciriac. controv. 3. o. num. 162. Et ideo dum etiam in casu victoriae oppositoris , hujus aquæ usus negari non poterat , itaut litis effectus tantum esset , an oppositori aliquid solvi deberet , nec ne , Idcirco interim negari non poterat per modum sententiae seu decreti provisionalis , manutentio dicto Damaso in continuatione usus , facta per ipsum obligatione , de solvendo pretium , quatenus ita judicari contingat , prout practicatum fuit per Tribunal Camera in Sabinen . via seu transitus inter Principes Burghesium & Barberinum , de qua subit. de Regalibus disc. 136. quia cum controversum esset , an via esset publica vel privata , sive tamen uno , sive altero modo , pro usu transportationis lignorum aliorumque bonorum per flumen ad Vrbeum , transitus impediri non posset , solùmque controversus effectus consideretur in solutione danni resultantis ex occupatione territorij , Camera per modum provisionis mandavit continuationem transitus , facta per Burghesium dicta obligatione , quod tamen negatum fuit per

Rotam in una Romana aqua eoram Taja , in qua causa non scribem.

* * *

* *

ROSSANEN.

V SVS A Q V AE

P R O

ABBATE MARCO ANTONIO
PERRONO ET CONSOR-
TIBVS.

C V M

MVTIO PALAPOLO

Causa benevolè discursus & concordatus.

De divisione usus aquæ fluminis per tempo-
ra & centratas inter possidentes prædia
adiacentia , Et an hic modus immutari
velet.

S V M M A R I V M.

- 1 F Acti series.
- 2 De divisione usus aquæ aestiva & hyemalis.
- 3 Servanda est consuetudo.
- 4 Pro manutentio : possessoris sufficit sic anno praecedenti usum esse.
- 5 Datur distinctione super conclusione decursus aquæ jure facultatis , vel jure servitutis.
- 6 De differentia inter consuetudinem & prescrip-
tionem.
- 7 Consuerundo immemorabilis in materia aquarum
habet vim concessionis.
- 8 Dominus aqua non potest facere secundam con-
cessionem in prajudicium ejus , cui primo facta
est.

D I S C . XXV III.

P Rope Civitatem Rossani quidam decurrit fluvius seu rivus , Celatus nuncupatus , cuius aquæ hyberno tempore deserviunt pro usu publico molendinorum existentium à latere sinistro , aestivo autem quando in totum pene exiccatur , itaut quamdam parvam habeat aquam ex vicino fonte derivantem usui molendinorum incongruam , deservit pro irrigâdi hortis à latere dextero existētibus , atque ita antiquitus servavit usus , quem violare volens Palopolis habens à latere sinistro quadam prædiū in quo hortum facere statuerat , obtinuit à Barone quandam concessionem , cuius vigore fretus aquam aestivo tempore divertere coepit , cum gravi præjudicio Perroni & aliorum hor-
tos & prædia à latere dextero habentium , unde recurrentibus istis ad eumdem Baronem in Urbe existentem Innocontij X. tunc Regnantis nepotem , cuius potestatim tunc incongruum erat controvertere , ab isto obtinuerunt committi insigni Iuri-
risconsulto Andofille , ut extrajudicialiter & bene-
vole partibus auditis , quid de jure sentiret , refer-
ret.

Coram quo pro Perrono & alijs scribens , dice-
bam istis juris regulam afflere super observantia
dictæ

dictæ antiquæ confuetudinis dividentis aquam afflavit ab hyemali , cum sit consuetudo non devians à dispositione juris , qua attenta datur etiam hæc divisio , ut in l. 1. & toto tit. ff. de aqua quotid. & aestiva ; Quodq; in hac materia servanda sit consuetudo ad litteram probat text. in l. manifestè C. de servit. idèque illius observantia demandanda erat , quamvis per alteram partem hujusmodi confuetudinem non bene probat esse diceretur , quasi quod usus , vel non usus aquæ per habentes prædia in latere sinistro fuisse mera facultas , contra quam non precedente prohibitione cum subsequita acquiescentia non datur præscriptio , quoniam hac exceptio utpote respiciens petitorium , ac pendens à probationibus hinc inde faciendis , impide non debeat præfatis habentibus prædia in latu dextero manutentionem in possessione , quæ erat incontrovertibilis , dum in hac materia sufficit pro manutentione , quod ita anno præcedenti servatum esset ad text. in d.l. 1. ff. de aqua quotid. & aestiva Ruin. conf. 191. num. 4. & seqq. lib. 1. Greg. dec. 100. num. 1. Rot. dec. 213. num. 1. apud Postum de manut. idem Postius d. tract. obseru. 34. num. 8.

Verum etiam in petitorio distinctionem prædictam inter possessionem jure facultatis vel jure prohibitionis , rectè procedere dicebam in particulari prescriptione , de qua controversia esset inter duos privatos , secus autem in confuetudine generica seu universali concernente regiones seu contratas in universum , cum tunc inter confuetudinis requisita , istud præcedentis prohibitionis cum subsequta acquiescentia necessarium non videatur , quia sufficit ita generaliter per longissimum tempus servatum esse absq; contradictione , in hoc enim differt consuetudo a præscriptione , quod ista respicit jus privatum illa verò jus publicum seu universale proportionabiliter & difcretivè addens ad Gregor. decis. 191. Capoblan. de Baron. pragm. 1. num. 186. & seqq. Penia decis. 754. 861. 993. & 1145. decis. 20. par. 3. recent. num. 1. & seqq. ubi late annotantes ; Et ex quo sequitur , quod præscriptio reputatur in jure odiosa , præterquam immemorabilis , consuetudo autem reputatur favorabilis.

Maximè quia huic confuetudini magna æqualitatis ratio assistebat ; Cum enim duo latera seu contrata fluminis dicantur istud possidere pro communi , ita ut quilibet ex eis debeat illius commodum sentire , ac beneficio juvari tanquam socie , usus vero utrique eodem tempore sit incongruus . Hinc proinde justè consuetudo induxit dictam proportionatam divisionem , per quam utriusque contrata benè consulitur , quia hyberno tempore ob aquarum copiam , rectè deservit pro molendinis , & aestivo autem cum pro istis non sufficiant , congrue adaptantur pro hortis , & prædijs alterius contrata , unde merito in materia aquarum prodit juris præpositio , de qua in d.l. manifestè C. de servit. cum concordan ; ut antiqua consuetudo servanda sit , atque hanc ex dicta facti circumstantia dicebam mihi videri veritatem.

Ut altera pars intentum obtineret , cognita potentia Baronis , cui ob jam dictam circumstantiam , Perronus & cateri contradicere nolebant , insistebat super adulatorio motivo Domini fluminis , quasi quod utpote contentum in investitura loquente etiam de fluminibus , illud esset de Domino Baronis , qui poterat suo libito concessiones facere ; Verum omisso puncto dominii , contrà

quod multa relevantia dici poterant , Replicabam , quod eo etiam posito , ubi jus aquæ ex ejusdem Domini concessione quæsumum est , sive etiam ex immemorabili possessione , qua vim concessionis obtinet juxta tex. in l. hoc jure ff. de aqua quotid. & aestiva , tunc non potest idem Dominus eandem aquam alteri concedere , quia licet jus ducendi aquam ex flumine vel fonte pluribus concedi possit , attamen secunda concessio intelligenda est dummodo alijs , quibus anteà concessa fuit prejudicium non pariat . Ut ultrà propositiones generales , in his specialibus terminis probant tex. in l. Imperatores ff. de servit. rustic. præd. in l. 1. §. qui rivos ff. ne quid in flumin. pub. & in l. aquam Cod de servit. & aqua .

Atq; in d.l. hoc jure circa fin. prin. decidi dicebam casum in puncto prejudicij ejus , qui est in altera parte ripæ ob fluminis angustiam , ibi : Vels angustus amnis sit etiam ei , qui in alia ripa sit ; Quodque fluminis divisio , quæ pro modo possessionum ad irrigandos agros facienda est , cest si aliquis plus juris quasi sile ostenderit , ad litteram probat tex. in d.l. Imperatores ubi glos. verbo ostenderit , explicat vel ex concessione Domini , vel ex possessione immemorabili . Esset enim alias tollere jus tertij , quod neque in concessione facta per supremum Principem sublatum intelligitur , sed potius præservatum ad text. in l. 2. ff. ne quid in loco publico cum concordan , deductis in Romanafabrica de Mancinis decis. 5. & in alijs hoc tit; & in his terminis Rot. decis. 61. par. 4. rec. tom. 2. num. 8. Multo minus id dicendum est in Barone , in quo , neque volente datur hæc potestas tollendi jus tertij , quæ solum posita voluntate , vel de jure , vel de facto residet in supremo Principe ; Quamvis autem deputatus hanc agnosceret , & fateretur esse veritatem , attamen ex quibusdam prudentialibus motibus opus fuit controversiam mediante transactio sponere .

CAR PENCTORA-

TE N. A QVARVM.

PRO

COMMVNITATE CARRVMBI.

CVM

COMMVNITTAE CARPENCTO.
RACTEN.

Casus decisus in possessorio per Rotam pro Communitate Carrumbi.

De materia aquarum , Et sub earum concessione quæ veniant , & quæ concedenti reservata censeantur . Et de possessorio retinenda , seu de manutentione in proposito competente .

S V M M A R I V M

¹ F Acti series.
² Aqua est ejus , in cuius territorio nascitur.

3 Et